



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta, Vtrum timor seruilis sit bonus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Lib. III. Distinctio. XXXIII.

numerus & sufficientia potest haberi hoc modo, sicut virtutes morales perficiunt vires appetitivas ad obedientiam rationis, sic dona perficiunt hominem ad hoc ut prompte se quatur in spiritum Spiritus sancti, & ideo in omnibus viis ribus hominis quae possunt esse plura principia malorum actuum ponuntur dona, scilicet in ratione & in via appetitiva, ratio autem diuiditur in speculativa & practica non sicut in duas potentias sed in unam distinctam solum per diversa officia, & in virtutis est considerare apprehensionem veritatis & iudicium de veritate apprehensa, ad apprehensionem ergo veritatis modo superhumano vel diuino perficitur speculativa ratio per donum intellectus. Practica vero per donum consilii, ad recte autem iudicandum perficitur speculativa ratio per sapientiam, practica vero per scientiam, virtus autem appetitiva in his quae sunt ad alterum, perficitur per donum pietatis. In his autem quae sunt hominis ad ipsum quantum ad passiones appetitus indigamus duplice perfectione, quia quadam passiones appetitus retrahunt a bono ut timor periculorum & respectu harum perficiuntur modo superhumano per donum fortitudinis. Aliae vero passiones inclinant ad malum ut delectationes & concupiscentiae carnalia. Et contra istas perficiuntur per donum timoris, in timore enim dominus declinat omnis a malo Proverb. 16.

5. Alter vero a quibusdam accipitur distinctio predicatorum sic. Dona perficiunt hominem in vita tam speculativa quam activa. In speculativa quidem per modum visus inspicientes perficit donum intellectus: per modum vero gloriosus experientis perficit sapientiam. In activa vero vita quarum ad recepcionem a malo perficit donum timoris. Quantum autem ad operationem boni perficiunt quatuor aliae dona, sed differenter, quia quoddam est bonum necessarium & respectu istius perficit scientiam ut dirigen, pietas vero ut exequens. Aliud est bonum supererogationis, ad quod non omnes tenentur, & respectu talis boni perficit donum consilii per modum dirigentis, donum vero fortitudinis per modum exequentis.

6. Ad primum argumentum dicendum quod si dona sunt idem quod virtutes, argumentum bene procederet, sed si dona sunt quidam habitus dati in auditorium virtutis perficiuntur ad altiorum modum operandi, non oportet quod sint tot dona quod virtutes, quia unum donum sufficeret ad dirigendum, respectu plurium virtutum laberunt ordinem inter se, sicut fides, spes, & charitas adiuvantem ordinatur, & ad aliud quid unum tendunt: & ideo charitati & spei non oportet quod correspondeat aliquod aliud donum, quam illud quod correspondeat fidei. & sic potest esse circa alias virtutes habentes inter se ordinem, propter hoc non oportet hoc modo multiplicari dona iuxta numerum virtutum.

7. Ad secundum dicendum quod timor est aliquid perfectus virtute, accipiendo timorem pro dono: sic enim timor facit hominem subiectum Deo per reverentiam, & resiliat ab omni eo quod Deo displiceret, & hoc sit perfectus per donum timoris, quam per quacumque virtutem acquisitum.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum dona maneat in patria.

*Theo. I. 2. q. 68. ar. 6.*

1. Tertiò queritur, vtrum dona maneat in patria. Et videtur quod sic, quia Christus fuit comprehensor verus, sed in Christo fuerunt dona: de ipso enim specialiter exponitur illud Esa. 17. Requiescat super eum spiritus dominus, & ergo similiter doma possunt esse in beatis.

2. Item dona sunt perfectiora virtutibus, sed aliqua virtutes remanebunt in patria, ergo fortiori ratione & dona.

3. IN contrarium arguitur, quia donum pietatis est ad compatiendum proximo, donum autem timoris ad retrahendum a malo. Donum consilii ad consilendum in dubiis, sed in patria non erit compasio de miseria cuiuscunq; nec aliquis indigebit retractione a malo, nec erit aliqua dubitatio de aliquo agendo, ergo praedicta dona non erunt in patria.

4. RESPONSI O. Dicendum quod de donis possumus loqui duplenter, scilicet quantum ad habitum, & quantum ad actum, si quatum ad habitum, sic omnia dona remanebunt in patria. Cuius ratio est, quia dona, ut predicti

### QVÆSTIO III & IV.

275

estum est, sunt quedam dispositiones secundum quas sumus bene mobiles ad instinctum Spiritus sancti, sed istud maxime erit in patria, ergo &c. Quod autem dispositiones tales sint in beatis patre, quia tanto mobile dicitur esse magis subiectum motori, quanto est magis dispositum ad sequendum impressionem eius, sed in patria beati erunt maximè subiecti Deo secundum illud quod habet. 1. Corin. 15. Cum subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius erit subiectus ei qui sibi subiect omnia, ut sit Deus omnia in omnibus, ergo beati erunt maximè dispositi ad secundum instinctum Spiritus sancti.

5. Si autem loquimur de donis quantum ad actum, dicendum quod cœlium, fortitudo, pietas & timor non remanebunt in patria. Cuius ratio est duplex, prima quia nulla potentia potest in aliquem actum, nisi ad presentiam obiecti, sed obiecta istorum donorum non erunt in patria sicut in arguendo tactum fuit, ergo nec actus istorum donorum. Secunda ratio est, quia praedicta dona perficiunt hominem in vita actua, sed illa evanescit in patria, ergo & haec dona quantum ad actum. Alia vero dona que perficiunt hominem in vita contemplativa remanebunt non solum quantum ad habitum, sed etiam ad actum: cuius ratio est, quia illud donum quod dicitur perfectione, & non repugnat gloriæ, & cuius obiectum manebit in patria, tale manebit in patria non solum quantum ad habitum, sed quo ad actum. Sed dona perficiencia hominem in vita contemplativa sunt huiusmodi, ergo &c.

6. AD primum argumentum dicendum quod non est simile de Christo & de beatis, quia Christus non solum fuit comprehendens, sed viator: & ideo in ipso potuerunt esse dona perficiencia ipsum, non solum quantum ad vitam contemplativam, qua ad beatitudinem pertinet sed quo ad vitam actuam in qua degunt viatores. Beati autem simpliciter erunt comprehendentes, & nullo modo viatores. & ideo in ipsis non erunt dona perficiencia in vita actua, nisi quantum ad habitum, sed solum illa quae perficiunt in vita contemplativa.

7. Ad secundum patet ratio, solum enim probat quod omnia dona remanebunt quantum ad habitum, sicut & virtutes, non autem quantum ad actum, nisi illa tantum quae pertinent ad vitam contemplativam.

### QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum timor seruilius sit bonus.

*Tho. 2. 2. q. 19. ar. 4.*

Q Vartò queritur de timore seruilli, vtrum sit bonus. Et arguitur quod non, quia sicut Deus est propter seipsum amandus, ita est propter seipsum timendus: sed amor mercenarius quo quis amat Deum propter bonam temporalia non est bonus, ergo timor seruilli quo deus propter ponam timetur, non est bonus.

2. Item cuius visus malus est, ipsum quoque malum est, sed visus timoris malus est, igitur &c. Minor probatur per glo. super illud Rom. 8. Non accepitis spiritum seruitus iterum in timore, que dicit quod qui in timore facit aliquid & si bonum sit quod facit, non tamen bene facit.

3. IN contrarium arguitur, quia quod est a Spiritu sancto est bonus, sed timor seruilli est a Spiritu sancto, ergo est bonus. Minor probatur per glo. super illud idem non accepitis, &c. que dicit quod unus est spiritus, qui facit duos timores, scilicet seruilem & castum.

4. RESPONSI O. Circa questionem istam dicenda sunt duo. Primum est, qualiter timor diuiditur in castum, seu filialem & initialem, & seruilem. Secundum erit, an timor seruilli sit bonus.

5. QVANTVM ad primum dicendum est quod diuisio timoris in castum, initialem & seruilem non accipitur omnino, secundum rationes formales obiectorum, sed accipitur secundum quod per ipsam aliquo modo ad Deum conuertimur, vel a Deo auertimur. Accipitur etiam hic timor non propriè solum & strictè, prout recipit malum difficile & arduum, sed large, prout recipit quocunque malum, dato quod non sit difficile, nec arduum ad vincendum, & istud propriè loquendo pertinet ad odium magis quam ad timorem. Omne malum odibile est, sed non omne malum est timendum, sed solum illud quod cum difficultate

MM 3 difficultate

### Magistri Durandi de

difficultate vincitur: & sic malum culpe secundum se proprium non est timendum, quia est in potestate nostra, non enim peccatum nisi sit voluntarium, timori potest tamen non secundum se, sed propter occasiones adiunctas, quas quandoque difficile est evitare, & quibus concurrentibus difficile est culpam evadere: sic ergo accipiendo timorem largus timor dividitur hoc modo. Cum enim timor consistat in fuga mali, & malum sit duplex, culpa, scilicet & pena, quidam timor consistit in fuga mali culpe, & per hunc timorem ad Deum convertimur, & hic timor dicitur castus vel filialis, filialis quidem propter comparamus ad Deum, ut ad Parrem, secundum illud Rom. 8. Acceptis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater, castus vero secundum quod Deus comparatur ad animas nostras tanquam sponsus, secundum illud. i. Cor. ii. Despondi enim vos vni viro, &c.

Alius autem timor consistit in fuga mali penae. Pena autem est duplex, una pro cuius vibratione peccatum quantum dicitur committitur, sicut sunt penae temporales, & per hunc timorem homo a deo auertitur peccando, & dicitur mundanus & humanus, quo quis timer amittere bona exteriora, vel pati proprii corporis detrimentum, & ob hoc quandoque peccat, & licet alietius rationes sint bona exteriora, & bona temporalia, tamē quia eadē ratione homo a deo auertitur propter virum timore: ideo cadunt sub uno & eodem membro timoris qui distinguitur, ut dictum est, secundum quod a deo auertitur, vel ad deum convertimur. Alia autem est pena, pro cuius vibratione non quam sit peccatum, sed magis vitatur, sicut est pena gehenna quae erit post hanc vitā, & per hunc timore ad Deum convertimur refusio a peccato: & hanc penam respicit timor seruili, qui pro tanto seruili dicitur, quia sicut aliquis dicunt libere facere illud quod facit spontanea voluntate, ita dicitur facere aliquid seruili quanto facit illud causa violentia vel merita: propter quod ubi aliquis refugit culpam metu pena dicitur hoc facere seruili. Ex quo patet quod iste timor dicitur seruili ab effectu, in quantum scilicet inclinat aliquid faciendum, vel dimittendum: unde seruilitas non intrat eius essentiam, sed est denominatio ab effectu: si autem aliquis conuertatur ad Deum propter virumque, scilicet timore culpa, & pena, sic dicitur timor initialis.

Sed istud non videtur bene dictum quantum ad hoc & immediatum: obiectū timoris, prout hic dividitur sit malum culpe, quia timor dividitur hic prout per ipsum convertitur ad Deum, relinquendo seu fugiendo peccatum, vel ab ipso auertitur, cōmittendo peccatum: & ideo peccare vel peccatum fugere est actus timoris imperatus & non ab ipso immediatè elicitor, propter quod peccatum non est immediatum obiectum actus eliciti a timore.

Vnde potest altera dicit, & melius, quod obiectū timoris est malū pena. Peña autem est duplex, sicut dictum fuit, una pro cuius vibratione peccatum committitur, de qua dicit sufficiens precedens opinio. Alia est pena, pro cuius vibratione peccatum etiā vitatur, & hec est duplex, vna est pena dāti pro futuro seculo, quia consistit in separatione a deo & frustione & hanc respicit timor castus seu filialis. Alia est pena seruili seu gehenna, quam respicit timor seruili, prout bene dicit precedens opinio. Si autem aliquis fugiat peccatum propter virum, distarum penarum, scilicet separationis a deo & gehenna, sic est timor initialis: & si non oportet ponere quod malum culpe sit immediatum obiectum aliquis timoris.

Hoc supposito dicendum est de secundo & timor seruili quantum ad habitudinem & quantum ad actum est bonus, licet sit imperfectus. Quod patet sic, omnis actus qui cadit super debitam materiam est bonus, nisi vitetur per malam circumstantiam ipsum informantem, sed actus timoris seruili cadit super debitam materiam, nec habet necessario malam circumstantiam ipsum informantem: ergo talis timor est bonus. Major patet, qui bonitas actus est ex solo obiecto & circumstantiis non quibuscumque, sed ex informantibus actum. Mala enim circumstantia coconitanter actum, & ipsum non informans non vitiat actu, vt si quis extra charitatem existens dat elemosynam propter Deum, actus iste non est malus, quāuis habeat malam circumstantiam coconitante, scilicet carentiam charitatis.

### Sancto Porciano

Minor probatur, quia per timorem seruilem timetur pena gehenna, que vere est timenda, nec est necesse quod hunc timorem informet aliqua mala circumstantia, puta defectus charitatis, qui habens charitatem potest timere hanc penam, & propter hoc vitare culpam, quamvis non solum: si autem soli vitetur culpam propter timore hunc penam, hoc est, ex conditione timentis, & non ex natura timoris, cum talis timor quantum respicit suum obiectum proprium posse esse cum charitate, & ad idē inclinare, scilicet ad virtutem, non culpe: non est ergo necesse quod illa mala circumstantia informet actum huius timoris: & haec est minor: sequitur ergo conclusio, Secundo pater idem sic, sicut se habet in formitas ad fidem, sic seruilitas ad timore, quia sicut informitas non est de essentia fidei, sed est circumstantia concomitans. (Ex hoc enim dicitur fides informis, quia est in non habente charitatē) sic seruilitas non est de essentia timoris gehenna, sed est denominatio ab effectu (ut dictum est) in quantum sic timens metu penae refilit a culpam: que circumstantia non est mala, quamvis quandoque habeat mala circumstantiam adiunctam, scilicet carentiam charitatis, & in eo qui solo metu penae refilit culpam, sed fides informis & actus eius non est malus, immo bonus, ergo sumit liter timor seruili & actus eius est bonus, cōtingit tamen taliter timore esse in malum, quando timens vitat culpam metu penae, alias paratus culpam cōmittere: tunc enim defectus charitatis est circumstantia non solum concomitans actum, sed ipsum informans, ideo virtutem actum. Quantumcumque autem in seruili timor sit bonus, nūquam timor est perfectus, ut possit habere rationem virtutis vel doni, quia proprium virtutis est agere propter amorem boni, vel vibrationem turpis, & non solum propter virtutem tristis, sed timor seruili solum inclinat ad fugendum culpam, vel ad bene operari propter vibrationem penae, quia tristis est, & non propter amorem boni, vel vibrationem turpis, quamvis sita necessario non excludatur: quare talis timor non potest esse virtus vel donum, propter donum est aliquid eminentius virtute.

AD primum arg. dicendum est quod obiectū timoris est malum quod fugitur: obiectū vero amoris est bonus. Et quia in deo est inuenire summam bonitatis, quae non est ad alium ordinabilis, ut ad finem, ideo Deus est propter seipsum diligendus, & diligere ipsum propter aliud tanquam propter finem est per seipsum, sed in deo non est aliquid malum, ab ipso tamen est malum penae, & ideo propter non est timendum, sed propter aliud, scilicet propter penam. Propter quod non est simile de amore mercenarii, & de timore seruili.

II. Ad secundum dicendum quod illa glōsa intelligens da est de eo qui facit aliquid timore seruili, sic ut non ame iustitiam, sed solum timet penam: tunc enim timor seruili habet adiunctum defectum charitatis, tanquam circumstantiam non solum concomitante, sed informans etiam. Propter quod tunc est malus: alias autem non oportet, ut vīsum est.

### QUESTIONE QUINTA.

Quonodo differunt timor seruili, initialis, & castus inter se?

Tib. 2. 2. q. 19. art. 8.

**Q** Vnde queritur de differentia predictorum timorum adiuvicem. Et videtur quod timor seruili non differt a timore casto secundum essentiam, quia sicut se habet fides informis ad fidem formata, sic se habet (ut videtur) timor seruili, qui est informis ad timorem castum, qui est per charitatem formatus, sed fides informis & formata est eadem fides per essentiam, ergo similiter timor seruili & castus est idem timor per essentiam.

Item videtur quod timor initialis & castus non differant per essentiam, quia perfectum & imperfectum non variant essentiam, sed timor castus & initialis differunt sicut perfectum & imperfectum seu sicut remissum & intentum, ergo non differunt per essentiam.

IN contrarium arguitur, quia idem non distinguuntur contra seipsum, sed illi timores distinguuntur ab inviis, cum per Magistrum in litera, ergo non sunt idem, sed differunt.

\* R.E.S.